ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: BEDA VENERABILIS. STERNBILDKATALOG. AUGUSTINUS

Zwettl, um 1200 — Seite 12r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31907
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

xvii. alterum scythicum a riphaeis iugis in thilen. in quo
continuantur noctesque per uices. Gnomica de isdem. xl.viii.

Umbilici quem gnomon appellant umbra in egypto
meridiano tempore equinoctii die paulo plus quam dimidi
am gnominis mensuram efficit. In urbe romana pars gno
minis deest umbre. In oppido ancona super est v. tricesima. In par
te italie que uenecia appellatur hisdem horis umbra gnomi
ni par fit. Simili modo quidem est super alexandriam v. mi
libus stadium solsticii die medio nullam umbram iaci. sicut
et in idia super flumen hipasim. quod et apud trogoditas quadra
gesima ante et post solsticium die fieri dicunt medius xc. diebus
in meridiem umbram iaci. sed et in meroe insula nili v. milibus
stadium a syene bis in anno absumi umbras sole xviii. tauri
partem et xiiii. leonis obtinente. De terre motu. xl.viiii.

Terre motum uento fieri dicunt [illegible] eius uisceribus
instar spongie cauernosis incluso. quo [illegible] hanc horri
bili fremore percurrens et euadere [illegible] nitens e uario mur
mure concutiat et se tremendo uel dehiscendo cogit effundere.
Unde caua terrarum his motibus subiacent utpote uenti ca
padocia harenosa autem et solida carent. Nec eque enim fiunt nisi
celo marique tranquillo. et uento in uenas terre condito. et hoc est
in terra tremor quod in nube tonitruum. hocque hiatus quod
fulmen. Fiunt simul cum terremotu et inundatione maris
eodem uidelicet spiritu infusi. ut residentis sinu recepti.

Tellus sicilie que cauernosa De Incendio ethne. L.
et sulphure ac bitumine strata uentis pene tota et ignibus
patet. spiritu introrsus cum igne concertante. multis sepe
locis fumum uel uapores uel flammas eructat uel etiam uento
acrius incumbente harenarum lapidumue moles egerit.
Inde montis ethne ad exemplum gehenne ignium tam

12